



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

126. Si mulier sine licentia mariti velum accipiat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

Si mulier sine licentia mariti sui velum accipiat. *Ex decreto apud Compendium.*

Concil. Com-  
pend. c. 3.

Lib. 5. Capi-  
tular. c. 16.

Burchard. lib.

9. c. 47.

**C X X V I.** Mulier si sine licentia mariti sui velum in caput miserit , si viro placuerit , recipiat eam iterum ad conjugium.

De homine qui in alia provincia uxorem acceperit. *Ex eodem, cap. VIII.*

Concil. Com-  
pend. c. 6.

**C X X V I I.** Homo Francus accepit beneficium à seniore suo in alia provincia , & duxit secum suum vassallum ; & post hæc fuit ibi mortuus ipse senior , & remansit ibi prædictus vassallus. Accepit autem homo alias ipsum beneficium ; & ut securus posset habere ipsum vassallum , dedit illi mulierem de ipso beneficio , & habuit eam aliquo tempore. Et cum ille senior durè ageret contra eum , dimissa conjuge reversus est ad parentes senioris sui mortui , & accepit ibi uxorem. Definitum est utiliam quam postea accepit habeat.

De uxore antè contaminata. *Ex eodem,*  
*cap. x.*

Concil. Com-  
pend. c. 7.

**C X X V I I I.** Si quis uxorem accepit , & eam contaminata inveniens dereliquit , & aliam accepit , statutum est ut omnimodis ad priorem revertatur : quia & ipse , quando illam accepit , potest fieri ut virgo non effet ; nec mulier lege viri tenerur quoisque marito coniungatur. Illa quam postea accepit , nubat cui vult.